UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sermones de Sa[n]ctis Hyemales, Estiuales, De festiuitatibus Jesu christi, Beate virginis et alior[um] Sanctor[um] ... Venera[n]di patris, fratris Nicolai deniise Ordinis Minor[um] de obseruantia ...

Denisse, Nicolas

[Augsburg], 1510

VD16 N 1513

S[e]c[und]a est ratio tenerioris etatis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30625

Visual Library

pulus ille quẽ diligebat ieſus. vt ptꝫ Jo.
xiij. et Jo. vl. Aug. Seipm̄ dixit diſcipu/
lũ quẽ diligebat ieſus: qꝛ ipm̄ p̄ ceteris fa
miliarius diligebat. Et eccl'ia cantat. Hic
eſt ioãnes q̄ priuilegio amoris p̄cipui pre
ceteris altiꝰ a dñõ meruit honorari. Et h̄
ſumit̃ ex dictꝫ Bede. Etſi dicas: qm̄ chri
ſtus Joã. vl. dixit Petro. Simõ ioãnis di
ligis me plꝰ his: Et petrꝰ ait. Tu ſcis dñe
qꝛ amo te. Chr̄s aũt magis diligit eos q̄
eũ magꝫ diligũt. Prouerb. viij. Ego dili/
gẽtes me diligo. ḡ chr̄s magꝫ petrũ q̄ȝ io
annẽ dilexit. Qḋ etiã ex h̄ ↄfirmari videt̃
q̄a petro cõmiſit eccl'iam ſuã gubernandã:
p̄ q̄ ḋ celis deſcẽdit atq̄ȝ mori voluit. Pro
reſpõſione Notãdũ ꝙ diligere ſiue amare
nihil aliud eſt q̄ȝ velle bonũ alicui: vt dicit
Tho. j. pte ſum. q. xx. ar. ij. Et ibidẽ ar. iiij
Magꝫ diligere eſt maiꝰ bonuꝫ velle. Sic
ergo dicunt aliq̄ (vt ibidẽ recitat thomas)
Incertũ ẽ q̄s hoꝝ plꝰ chr̄m dilexit amore
charitatꝫ. et ſimilr̄ quẽ chr̄s plus dilexit i
ordine ad maiorẽ eterne vite gl'iam. Sed
chr̄s dicit̃ petrũ plus dilexiſſe q̄ntũ ad q̄n
dã ꝓmptitudinẽ vel feruorẽ. Vñ et ei cõ/
miſſa eſt cura eccl'ie: ad quã magꝫ erat ꝓm
ptitudo neceſſaria. Joãnes ṽo plus dile/
ctꝰ eſt q̄ntũ ad q̄dã familiaritatꝫ indicia q̄
ei chr̄s magis demonſtrabat. Hec Tho.
Nec eſt dicendũ ꝙ chr̄s eccl'iam ſuã ſic pe
tro cõmẽdauerit ꝙ ñ ioãni. Quid em̄ aliḋ
eſt eccl'ia q̄ȝ cõuocatio fideliũ. Tpe ãt paſ/
ſionis chr̄i fides chr̄i in ſola ṽgine glorio/
ſa illeſa ꝑmãſit. Vñ ipſa ſola fuit tunc ſan/
cta mr̄ eccl'ia ꝛ btõ Joanni cõmendata: vt
poſtea dicemꝰ. Vñ ꝛ ipſi ioãni tanq̄ȝ ei cui
ſpecialr̄ cõmiſſa erat eccl'ia reuelata fuerũt
ea q̄ futura erant in eccl'ia chr̄i: cũ eſſꝫ exul
in inſula pathmos vbi apocalypſim ſcṗſit.
Dicamꝰ igit̃ iuxta ṽba euangelica ꝙ chri
ſtus pre ceteris familiariꝰ dilexit btm̄ Jo/
annẽ. Et hoc p̄cipue triplici rõne.

Prima eſt rõ amplioris germanitatis.
Scḋa eſt ratio tenerioris etatis.
Tertia eſt rõ ſanctioris ṽginitatis.

Prima eſt ratio amplio/

ris germanitatꝫ. Erat em̄ Joãnes ipſi dñõ
germanꝰ ex eadẽ ſtirpe natꝰ. vicꝫ de ſtir/
pe regia Dauid. Sicut em̄ colligi põt ex
dictꝫ ſanctoꝝ patꝝ/ Joachim accepit An
nam in vxorem: ex qua genuit Mariã ma
trẽ dñi que deſponſata fuit Joſeph. Mor
tuo aũt ioachim: anna virũ ſcḋm habuit. ſ.
cleophã fratrẽ ioſeph. ex quo alterã filiã
genuit/ quã ꝛ vocauit mariã. Hec ẽ ma/
ria cleophe q̄ ex alpheo viro ſuo q̄ttuor fi
lios genuit. ſ. Jacobũ minorẽ: Joſeph iu
ſtũ q̄ ꝛ Barſabas vocabat̃: Simonẽ: et
Taddeũ. Mortuo autẽ cleopha/ accepit
Anna tertiũ viꝝ noie ſalome: ex quo etiaꝫ
habuit tertiã filiã quam ꝛ mariã nomia/
uit. Hec eſt Maria ſalome q̄ ex Zebedeo
viro ſuo duos filios genuit. ſ. Jacobũ ma
iorẽ ꝛ Joannẽ euãgeliſtã. Erat aũt ipſi
anne ſoror Emeria: de qua nata eſt Heli/
ſabet mater ioãnis baptiſte. Vide qm̄ hec
ſctã ꝓgenies. Habuit itaq̄ȝ Joãnes euan
geliſta auiã ſctãm: matrẽ ſctãm: duas ami
tas ſanctas: fratrẽ ſanctuꝫ: ſex conſangui/
neos ſanctos/ quoꝝ vnꝰ eſt ipſe dñs ſctũs
ſctõꝝ. Ps. Hec ẽ generatio q̄rentiũ dñm.
Patet itaq̄ȝ germanitas ioãnis ad chr̄m.
Sed vt videat̃ qm̄ maior eſt Joannis ad
dñm germanitas q̄ȝ alioꝝ conſanguineoꝝ
eius: ſm̄ Fran. de maro. colligit̃ hec veri
tas vicꝫ ꝙ Joãnes euangeliſta triplicem
habuit germanitateꝫ ad chr̄m. Nã mater
chr̄i ſola tãtã habebat germanitatẽ ad fi
lium q̄ntam habẽt pater ꝛ mater in alijs:
eo ꝙ ex ea filius accepit totã corpalẽ ſub/
ſtantiã in qua germanitas radicat̃. Jdeo
tãtũ ipſi dñõ germanꝰ erat beatꝰ Joãnes
ex parte ſoliꝰ matrꝫ q̄ntũ ſi chr̄s ei germa
nus fuiſſet ex vtroq̄ȝ parẽte. Ex illa ergo
parte duas habuit germanitates. Tertiã
aũt germanitatẽ habuit ṽtute verbi diuini
qḋ eſt opatiuũ eiꝰ qḋ ꝓfert. Nã dñs i cru
ce dixit marie de ioãne. Mulier ecce filiꝰ
tuus. Et Joãni ḋ maria: Ecce mater tua.
Jdeo ſicut dicit Petrꝰ damia. in ſer. buꝰ
diei. Qm̄ a ṽitate marie dictꝰ eſt filius:
q̄dam ſpeciali gratia frater eſt ſaluatoris
Hec Petrus. Et ſm̄ Fran. ita verꝰ Ma/
rie filiꝰ factus eſt Joãnes ac ſi ipſa eum in
vtero ꝓprio baiulaſſet q̄ntum ad veritateꝫ
relationis filialis.

Secũda eſt ratio tenerio/

ris etatis. Joãnes em̄ in etate tenera ſp̄re
to mũdo ſecutꝰ ẽ dñm. Erat em̄ adoleſcens
quãdo a dñõ vocatꝰ eſt. Illud aũt eſt vo

gratiſſimũ ꝙ a iuuentute incipiat aliquis
ei ſeruire. Ideo dicebat chꝛs Matth xix
Sinite paruulos venire ad me. Propť qȯ
hoꝛtať ſapiẽs Ecces. xij. Memẽto crea/
toꝛis tui i dieb⁹ iuuẽtutꝫ tue ⁊c. Et Thre.
iij. Bonũ erit viro cũ poꝛtauerit iugũ ab
adoleſcẽtia ſua. Hec ibi. Sed o mirabilis
abuſio ⁊ dolẽda cecitas. Volunt multi in
adoleſcentia ſeq̃ nõ chꝛm: ſed mundũ: car
nẽ: ⁊ diabolũ a q̃b⁹ decipiunť. Qȯ figura/
tũ eſt. ij. Reg. xv. vbi dr̃ ꝙ abſalon ꝑ blan
dimẽta decepit ꝑplm. Vñ ibidẽ dr̃ ꝙ vni/
uerſus populus ſecutus eſt abſalõ ad im/
pugnandũ Dauid patrẽ ſuũ. Abſalon pa/
tris amaricatio interpꝛtať. Per hunc igiť
intelligiť mũdus: caro: diabolus/quibus
amaricať pater celeſtis: et quoꝝ blãdimẽ
tis ⁊ tentatiõib⁹ multi decipiunť q̃ ſequen
tes mũdũ: carnẽ: ⁊ diabolũ/impugnãt pa
trem celeſtẽ/eius p̃cepta infringẽtes. Nu
meri xv. Ania que ꝑ ſupbiam aliq̃d cõmi
ſerit: qm̃ aduerſus dñm rebellis fuit per/
ibit de populo ſuo. Hec ibi.

Tertia ẽ ratio ſanctioꝛis

virginitatꝫ. Placẽt quippe deo qui in ma/
trimonio regulate viuũt. ſed multo magꝫ
qui continẽtiã ſeruãt. Sup oẽs aũt grati
deo ſunt illi qui mente ⁊ coꝛpe virginitatẽ
amplectunť. Nam ſicut dr̃ Hierony. ad
ſacras virgines de ꝯtinẽtia ṽginali. Grã/
de ẽ ⁊ imoꝛtale ⁊ pene vltra naturã coꝛpo/
reã ſupare luxuriã/et concupiſcentie flam/
mã adoleſcentie faucib⁹ eſtuantẽ omni vir
tute reſtringere. Hec ille. Virgines etiam
ſpecialiter dicunť ſequi chꝛm ꝓpter ſpecia/
lem cõfoꝛmitatẽ ad ipm. Apoc. xiiij. Vir/
gines em̃ ſunt ⁊ ſequunť agnũ ⁊c. Q aũt
btũs Joãnes virgo fuerit: teſtať eccleſia.
Teſtať ⁊ Hieronĩ. in ꝓlogo ſup Joan. di.
Hic eſt Joãnes euãgeliſta q̃ virgo a deo
eſt electus: quẽ de nuptijs volentẽ nubere
vocauit dñs. Hec ille. Ideo ſpecialiter a
chꝛiſto fuit dilect⁹. Beda in homeť. hoȯ.
Diligebat aũt ieſus nõ exceptꝫ ceterꝫ ſin/
gulariter ſolũ: ſed p̄ ceterꝫ q̃s diligebat fa/
miliari⁹ vnũ quem ſpecialis p̄rogatiua ca
ſtitatꝫ amplioꝛi dilectiõe fecerat dignum.
Hec ille. Et ſi aũt ceteroꝝ aploꝝ aliq̃ vir/
gines fuerint: iſte tñ p̄ ceteris dilectus rõ
rõne virginitatis. quia vt patet per Hie/
ro. in ꝓlogo ſup Joan. Iſte eſt ſpecialiter
virgo elect⁹ a dño: cuius etiã virginitas ſa
cramento mrĩmonij cõſecrata fuit queãd/
modũ ⁊ virginitas matris dñi. Unde hĩc
inter ceteros virgini virginũ matri dei in
virginitate ſimillim⁹ fuit. Patet itaq̃ pri
ma excellentia q̃ eſt excellẽtia paſſiue dile/
ctionis qua vicꝫ p̄ ceterꝫ a chꝛo diligebať
ꝓpter ſupꝛadictas rõnes.

Secunda eſt excellentia charitati/
ue affectiõis qua vicꝫ ſingulariť ⁊
mirabiliť afficiebať tã ad deum q̃z
ad primũ. Aug⁹. Ubi eſt charitas q̃d eſt
qȯ poſſit obeſſe: Ubi nõ eſt charitas/ q̃d
eſt qȯ ꝓdeſſe poſſit: Hec ille. Apparuit ãt
in btõ Joãne mirabilis ⁊ feruẽs charitas
ad chꝛm propter tria

¶ Primo ꝓpter excellentiam ſpirituaľ de/
¶ Secundo ꝓpter excellẽtiã (uotionis
totalis expoſitionis.
¶ Tertio propter excellentiã fraternalis
dilectionis.

Primo propter excellen/

tiã ſpũalis deuotiõis. Erat em̃ tota mẽtꝫ
ſue deuotio ⁊ tota cordis intẽtio ad chꝛm
Prouerb. xxiij. Prebe fili mi coꝛ tuũ mihi
Sic em̃ impleuit illȯ Deuť. vj. Diliges do
minũ deũ tuũ ex toto coꝛdȯ tuo. Deuotio/
nẽ aũt coꝛdialẽ ioãnis ad chꝛm oñdit ipſe
ioãnes p̃cipue ꝓpter tria. ¶ Prio ꝓpť plu/
ralitatẽ nomiatiõis. q꞉ vicꝫ ipm ieſum fre
q̃nti⁹ in euãgelio noiauit q̃z alij euãgeliſte.
Chꝛyſ. Hic amantiũ mos ẽ vt amoꝛẽ ſuũ
ſilẽtio regere neq̃ant. enarrant freq̃nti⁹ vt
ipſa aſſiduitate narrãdi ſolatiũ amoꝛis ſui
capiãt. hec ille. Mat. xij. Ex abũdãtia coꝛ
dis os loquiť. ¶ Scdȯ ꝓpter ꝓpinq̃tatẽm
acceſſiõis: q꞉ tpe paſſiõis chꝛi ꝓpiqui⁹ ac/
ceſſit. Sicut em̃ hr̃ Joan. xix. In paſſione
chꝛi ſtabat ipe iuxta crucẽ cũ maria mr̃e ie
ſu. Prouer. xvij. Oi tpe diligit q̃ amic⁹ eſt
⁊ frater in anguſtijs cõpꝛobať. et Ecci. vj
Eſt amic⁹ ſoci⁹ mẽſe ⁊ nõ permanet in die
neceſſitatꝫ. i. tribulationis. ſic diſcipuli alij
cõicati ſunt i cena: ſed i paſſiõe reliq̃rũt eũ.
¶ Tertio ꝓpť ſublimitatẽ ꝯtemplatõis.
Qui em̃ feruenť deũ diligit: freq̃nť de dȯ
cogitat ⁊ bonitatẽ ei⁹ ꝯtẽplať. Matth. vj
Ubi eſt theſaur⁹ tu⁹: ibi ẽ ⁊ coꝛ tuũ. The/
ſaur⁹ q̃ppe alicui⁹. i. qȯ ab eo p̄ ceterꝫ reb⁹

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN